



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 62. Catholici in Hibernia dire vexati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Religione obstringerent: *Ego, qui no-* Sæc. XVII.  
*men meum subscripsi, induco animum, &* A. C. 1654.  
*volens recipio, me Domino Protectori, Rei-*  
*que publicæ Angliæ, Scotiæ, Ibernici fi-*  
*delem ac benignum fore, & quod confecta-*  
*rium est, nihil propositurum in cætu nostro,*  
*nullius voluntati assensurum, si Protectoris*  
*ac illius ab eo Protectore constituti Senatus*  
*authoritas ex Sententia aut voluntate sug-*  
*gillari, permutarique videatur.*

Cum autem huic juramento alii om-  
 nino subscribere recusarent, alii dun-  
 taxat ad id metu adacti essent, Cron-  
 wellus die vigesima secunda Januarii  
 Parlamentum dissolvit.

§. LXII.

*Catholici in Hibernia dire vexati.*

Jam per aliquot annos Angli æque ac Lexic. Her.  
 Scoti Hibernos dire vexabant, non Rapin Thoi-  
 alia ex causa, animique proposito, nisi ras Hist.  
 ut Religionem Catholicam, quæ in d' Angl. l. 22.  
 hoc Regno adhucdum vigeat, peni-  
 tus eliminarent, & Anglicanæ sectæ  
 pestem inveherent: Sub idem tempus  
 Carolus I. Angliæ Rex adversus rebel-  
 lis Parlamenti sui violentias Hiberno-  
 rum Religione Catholicorum opem im-  
 plorabat, qui etiam Regi suo fidelissimi,  
 veramque fidem inique oppressam tuen-  
 di studio incitati inito sacro fœdere  
 exer-

**Sæc. XVII.** exercitum ferme octodecim armatorum  
**A. C. 1654.** millibus validum contraxere: Ipse  
 tiam Innocentius X. Pontifex Maximus  
 in Catholicorum auxilium Joannem  
 Baptistam Rinuccium Firmanum Ar-  
 chipræsulem cum ingenti auri, argen-  
 tive copia in Hiberniæ Regnum decre-  
 verat, qui superatis Hæreticorum in-  
 fidiis, innumerisque periculis tandem  
 in Kilmarii portum appulsus, Kilche-  
 niam Momoniensis Provinciæ urbem  
 pervenit, ab Episcopis, Ducibus, can-  
 ctisque Catholicis incredibili lætitia ex-  
 ceptus. Suaserat ipse, ut ex Ultonia  
 in Scotiam, ex qua acrior in Catho-  
 licos Hibernos impetus acuebatur, to-  
 ta belli moles converteretur; cum an-  
 tem Eugenius Onealius, & Thomas  
 Præstonus Catholici exercitus Ductores  
 inveterata æmulatione inter se diffiden-  
 ter viderentur, necesse erat, ut acies  
 dividerentur, & Onealius cum magno  
 exercitus parte in Ultoniam progredere-  
 retur, Præstonus vero æquali ferme  
 militum numero Momoniam invaderet.  
 Favebant prima belli auspicia Onealio  
 qui inito prælio Scotos irrumpentes  
 prope Bembordiam tanta clade affectos  
 ut cæsis quinque millibus captisque  
 plusquam sexaginta Tribunis Robertus  
 Monteroius supremus eorum Dux ægra  
 propudiosa fuga salutis suæ consulere  
 potuit.

potuerit. Cessere victoribus in præ-Sæc. XVII.  
 dam impedimenta. & cuncta ferme A. C. 1654.  
 belli tormenta, unacum omnibus ve-  
 xillis, quæ in Religionis Catholicæ  
 triumphum Romæ in Basilica D. Petri  
 hodie dum explicata visuntur. Nec ex  
 Momoniensi parte otiabatur Præstonus;  
 captis enim quibusdam arcibus, Sli-  
 cum urbem nuper ab hoste interceptam  
 recuperasset, nisi per Catholici Sena-  
 tus literas, quo consilio incertum, ab  
 hoc proposito desistere iussus fuisset:  
 Obstiterat ulteriori victoriarum cursui  
 Bonrattum Momoniæ arx situ & o-  
 pere munitissima: Hanc ergo, ut Ri-  
 nuccius eiectionis Anglis denuo Catholicis  
 redderet, obsidionis curam Donato Mac-  
 cartio commisit, qui etiam post duo-  
 decimum diem arcem non tam Hiber-  
 no plumbo, quam auro Pontificio ver-  
 beratam ad deditionem compulit. At-  
 tamen rebus pro Catholica Religione  
 tam prospere inchoatis, Præstonus,  
 qui Onealium communi applausu, &  
 gloria florere, moleste ferebat, clande-  
 stina cum Ormondo hæretico Hiberniæ  
 Prorege consilia cudebat, atque An-  
 glos inter & Hibernos clam pacem Or-  
 thodoxæ fidei injuriam, & Catholicis  
 summopere noxiam inibat, & incassum  
 reclamante Clero in Vaterfordiensibus  
 comitiis congregato inter turbarum  
 Hist. Eccles. Tom. LXII. N strepi-

Sæc. XVII strepitus nefandæ hujus pacis articulo  
A. C. 1654. promulgari jusserat. Nihilominus tamen  
 Prestonus, ne a Catholicis rebus  
 exclusus, ad Hæreticos deficeret, in  
 partem obsidendæ urbis Dublinensium  
 vocabatur, fatali prorsus aliorum con-  
 filio; auctis enim inter ambos Ducum  
 diffidiis totus pene exercitus in extræ-  
 mum discrimen fuisset adductus, nisi  
 Rinuccius solita sua prudentia discor-  
 des animos composuisset, ac reliquas  
 Dublinensi obsidione tempestive copias  
 ad aliam expeditionem destinasset. In-  
 de vero acrior in Catholicos vexatio  
 ortum habuit; postquam enim Angli  
 Dublinensem arcem sibi subjecerant,  
 recenti milite e Scotia & Anglia auxi-  
 tum in Lagenia, tum in Conavia Catho-  
 licos acerbe habebant, totumque  
 Momoniæ agrum incendiis, & depreda-  
 tionibus miserandum in modum de-  
 vastabant, nulloque negotio Præstonsium  
 copias ingenti clade fuderunt: Enim-  
 vero Pontifex submissa ingenti auri op-  
 pia, & Onealius invicta suorum fortitu-  
 tudine collapsas Catholicorum res, &  
 perpeffas injurias restaurare nitebatur,  
 hæc tamen ipsa Onealii felicitas inde  
 que exorta æmulatio Præstonsium  
 propudiosam defectionem incitavit; rursus  
 enim cum Ormondo Prorege con-  
 spirans, in Onealium & Rinuccium  
 Pa-  
 qu-  
 re-  
 nia-  
 car-  
 Præ-  
 ciu-  
 les-  
 bo-  
 tia-  
 Or-  
 me-  
 ch-  
 co-  
 ut-  
 fu-  
 m-  
 si-  
 in-  
 vi-  
 O-  
 ni-  
 fili-  
 liu-  
 re-  
 na-  
 ca-  
 g-  
 q-  
 pe-  
 qu-  
 na-

Papæ Legatum infidias struxit, rupto-  
 que foederis sacramento pacem ab hæ-  
 reticis propositam amplexus est, & quo-  
 niam duo armatorum millia e Præstoni  
 castris ad Onealii signa transfugissent,  
 Præstonus inde ira commotior, Rinuc-  
 cium & Onealium Regiæ Majestatis rebel-  
 les, e Regno expellendos omnibusque  
 bonis, ipsaque vita spoliandos pronun-  
 tiavit, irrito tamen conatu; quippe  
 Onealius collectis undique copiis e Mo-  
 monia ad Ultoniæ fines, ipsamque Kil-  
 cheniam urbem progressus, Ormondi  
 copias inter paludes tam arcte clausit,  
 ut una tantum ex parte satis angusta  
 fugæ locus eis pateret, totamque Or-  
 mandî & Præstoni factionem delevisset,  
 si in Kilcheniam urbem nullo apparatu  
 instructam impetum fecisset: ast in ipso  
 victoriarum cursu tantopere elanguit  
 Onealii virtus, ut Ormondiani Præsto-  
 nianis aucti vires suas colligerent, pro-  
 fligatisque Catholicorum rebus Onea-  
 lium in Ultoniam aufugere compelle-  
 rent, captaque Calvia civitate Firma-  
 næ Ecclesiæ Decanum Roma reversum  
 carceri darent, ipsumque Pontificis Le-  
 gatum ad exilium vel ad necem ubi-  
 que perquirerent: Tum vero dira tem-  
 pestas in Catholicos desæviit, Legato-  
 que ex Hibernia post exantlatos trien-  
 nales labores, fraudes & pericula Ro-  
 mam

Sæc. XVII. mam profugo, Ormondus Prorex in  
 A. C. 1654. quiffimam pacem nomine Parlamen  
 Anglici Catholicis obtrufit, affump  
 que Hiberniæ Regimine feftam ubiq  
 invehere fatagit, inde vel maxime  
 Catholicos concitatus, eoquod Hibe  
 niæ Epifcopi palam declaraffent, qu  
 cum Ormondo ceterisque Hæreticis  
 commune habere vellent: poftqu  
 vero hic e Regno excefferat, eique Cle  
 rikardus Marchio Religione Catholico  
 a Rege fuerat fubrogatus, Catholico  
 Carolum Lotharingiæ Ducem tum Bro  
 xellis agentem in opem accerfere, in  
 cafsum tamen; quocirca omni auxilio  
 deftituti, ab Anglicis Præfectis omni  
 crudelitatum genere cruciabantur, ni  
 pauci etiam manu carnificis e medi  
 fublati, alii vero, quorum numero  
 ad plusquam centies mille afcender  
 fame, innumerisque miferiis confe  
 periere, pauci admodum, qui feftan  
 furoris rabiem effugerant, amiffis om  
 nibus fuis bonis victum oppido tenuer  
 ex desertis agris, qui ipsis beneficii loco  
 assignati fuerant, quærere coacti funt.  
 Ita demum Hæreticorum violentiis &  
 fraudibus, mutisque Catholicorum  
 Ducum odiis fanctiffimum foedus pro  
 tuenda vera Religione initum fuit dif  
 folutum, & per exitialem pacem ipfo  
 met bello deteriozem, auroque Pape  
 tificio

tificio redemptam secta invaluit, & Sæc. XVII.  
 Catholicorum viribus omnino succisis A. C. 1654.  
 Religioni veræ vix ulla respirandi spes  
 reliqua fuit: ut vero Cronwellus Hi-  
 bernos hæreticos sibi arctius adstringe-  
 ret, & Catholicos validius opprimeret,  
 Henricum Filium suum eis præfecit, ei-  
 que Sedem assignavit Dublinum.

## §. LXIII.

*Ferdinandus IV. Romanorum Rex  
 vita functus.*

Vix quadragesimus dies post faustum  
 Ferdinandi III. Cæsaris reditum ex  
 comitiis Ratisbonensibus effluxerat,  
 cum Ferdinandus IV. ejus Filius ac  
 Romanorum, Hungariæ, & Bohemiæ  
 Rex Viennæ decederet; die enim  
 quinta Julii Variolis affici, & decum-  
 bere incæperat, moxque mali ex in-  
 sperato urgentis violentia tantis acces-  
 sionibus augebatur, ut ex Medicorum  
 sententia de salute hujus Principis a-  
 ctum videretur: quocirca die septima  
 ejusdem Mensis ipsemet sacro Christi  
 Corpore, ac unctione extrema Catho-  
 licum in morem præmuniri petiit; ea-  
 dem vero die animam suam Deo re-  
 poscenti placidissime reddidit, & ter-  
 restre Regnum æterno vix vigesimum  
 primum ætatis suæ annum ingressus